# Certamen Cimbricum 2012 / 2013

## „De ira – Singe, o Muse, vom Zorn“ - Certamen Latinum

Name: ________________________ 6.11.12

Der **Zorn** gehörte und gehört zu den elementaren und stärksten Emotionen des Menschen. Davon zeugt auch die folgende Darstellung, deren Autor sich Gedanken über den Zorn und seine Auswirkungen auf den Menschen macht.

Quidam e sapientibus viris iram dixerunt brevem insaniam esse. Aeque enim impotens sui est, decoris oblita, necessitudinum immemor, in eo, quod coepit, pertinax et intenta, rationi consiliisque praeclusa, vanis agitata causis, ad dispectum aequi verique inhabilis.

Ut scias autem eos non esse sanos, quos ira possedit, ipsum illorum habitum intuere:

Nam ut furentium certa indicia sunt audax et minax vultus, tristis frons, torva facies, citatus gradus, inquietae manus, color versus, crebra et vehementius acta suspiria - ita irascentium eadem signa sunt:

flagrant ac micant oculi, multus ore toto rubor exaestuante ab imis praecordiis sanguine, labra quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac surriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, articulorum se ipsos torquentium sonus, gemitus mugitusque et parum explanatis vocibus sermo praeruptus et complosae saepius manus et pulsata humus pedibus et totum concitum corpus magnasque irae minas agens, foeda visu et horrenda facies depravantium se atque intumescentium.

**aeque** – in gleicher Weise

**inhabilis** - unfähig

**versus** – wechselnd

**exaestuare** - aufwallen

**surrigere** – sich aufrichten
**cogere** – pressen

**torquere** – verdrehen

**vox** – *hier*: Wort, Ausdruck

**minae** – bedrohliche Zeichen
**agere** – *hier:* zeigen
**visu** - anzusehen

| | |
|---|---|
| Cetera licet abscondere et in abdito alere: ira se profert et in faciem exit, quantoque maior, hoc effervescit manifestius. Iam vero si effectus eius damnaque intueri velis, nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis caedes ac venena et reorum mutuas sordes et urbium clades et totarum exitia gentium ... | *hinter* **cetera** *ergänze*: Leidenschaften<br>**pluris stare** – mehr kosten, teurer zu stehen kommen<br>**sordes**, is f. – Beschimpfung, Anklage |

Aufgabe: Übersetzen Sie den Text in gutes Deutsch.
Achten Sie auf eine treffende Wortwahl und eine angemessene äußere Form.

Zulässiges Hilfsmittel: Ein lateinisch-deutsches Lexikon in Buchform oder ein vergleichbares elektronisches Wörterbuch.

Bearbeitungszeit: 200 Minuten